



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

27. Dies Octobris. Stans in terra, in cœlo es, diligis Deum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

Octob.
omnibus perfectus est numeris , dixit Isaac apud
Cassianum. Tunc Dei perfecta dilectio , quæ prior illius
dilexit , in nostri quoque cordis transferit affectum , &
cùm omnis amor , omne desiderium , omne studium , omni
conatus , omnis cogitatio nostra , omne quod videmus , quod
loquimur , quod speramus , Deus erit. Hoc demum est es-
se Dei , & quod sequitur , sui. O utinam posset cor
nostrum eruere verba illa bona , quæ olim tota jam
Dei , D. Scholastica , quæ fuit amantum Dei Scho-
la. Sic ipsa. Nescio quid mihi Deus fecerit , sed siio , quod
nihil possum amare præter ipsum in hac miserâ vitâ. Nihil
amare in terris præter Deum , est fabricari sibi in
terra cœlum. Hoc tibi insidet.

Ut sis ipse tui , sit Deus ipse tuus.

27. DIES OCTOBRIS.

Stans in terra , in cœlo es , diligis Deum. *S. Augustinus in psalm. 85.*

Amantis I.
Deum felicitas.

ETiam in terris , Amor est faber cœli.
Miraris Amorem fabrum ? Filius
Dei , olim dictus (a) fabri filius , A-
moris Divini est Pater. In cœlo nulla est tristitia , sic
nec in terris , amantibus Dominum cœli , Habeo hu-
jus rei fidejussorem D. Nicolaum Tolentinum , fieri
ne potest , ut homo qui servit Deo propter Deum , possit esse
Melancholicus in hoc mundo ? Exultat omnis melanco-
lia , ex Divini Amoris Monarchia. In cœlo torrens
voluptatis : hoc torrente etiam hic potatur , quisquis
est sitieus Charitatis. Testem cito hujus Veritatis

D. Scho-

(a) *Math. 13. ss.*

Ostob.
Octob.
Isaac apud
prior illus
ff. clum, o.
idum, omi
videm, qui
num est et
posset cor
im tota ju
Dei scho
d seio, qua
vitā. Nihil
ari sibi in

S. Augusti
ber cœli.
? Filius
filius, A.
titia, sc
abeo hu
im, fieri
posse esse
lancho
torrens
quisquis
Veritatis
Scho

Scholasticam. O si sciremus solatia, & dilitias quæ Deus
dilexit diligentibus, & servientibus ei, mundus esset nimis
urus, ad comprehendendum eos, qui illi serviunt. His affi-
nidic S. Laurentius Justinianus. Deus abscondit excel-
litiam Religionis, hominibus, alijs totus mundus non esset
suum Monasterium. Vertex felicitatis in cœlo, est
videre Deum; Apex felicitatis extra cœlum, est
spes videndi Dei, suffragatur mihi Bloius. Uni-
um & verum solarium bona animæ in hoc mundo, est spes
videndi Deum. Quis ergo, ut extra cœlum
inveniat sibi cœlum, nolit toto corde diligere
Deum, cum inde ipse reddatur de terreno cœlestis &
in illi de terra cœlum? Quæris qui te ad amorem
excitant stimulos, acuant aculeos? Expende sequen-
tias rationes.

II. Quid non agendum homini, ut suadeat ho-
mini Amorem Dei? Quot scribendi libri, quot ad-
terendæ rationes, quot excogitanda argumenta,
quot habendæ conciones, quæ horribilia intentan-
ti supplicia, quæ incredibilia promittenda præmia?
Et hoc ut suadeatur res omnium rerum, facillima,
vulissima, jucundissima? Res quæ natura docet,
Ratio suadet, Deus jubet, tota rerum universitas hor-
tatur. O homines vix homines? Quid si summè
esurienti proponantur mensa exquisitissimis ferculis
opipare instruta: si avaro præ pedibus jaceat auri
cumulus, argenti acervus, congeries gemmarum,
oportebitne vel è Græciâ accersere Demosthenem,
vel ex Italia evocare Tullium, qui huic ut thesaurum
tollat, illi ut cibos sumat, multis gravibusque allatis
rationibus, suadeat? Tamen ut quis persuadeat
homini Deum esse amandum, proh! quanto opus
est

Odo,
Octob
phum
turæ,
moda
ad alap
pus pr
morte
nos ab
ret,&
quâm
ligam
tè ve
paux
U
Maxi
est de
in ter
num
Vir
tam
rita
mæ
so f
con
per
ac
me
qu

est molimine. Adeone inamabilis est amor? Quid tibi sum ipse, (ait Augustinus) ut amari te jubeas a me, nisi faciam irascaris mihi, & mineris ingentes miserias? In vane ipsa est miseria, si non amem te? Parva? Professi miseria major, nec ab homine timeri, nec ab Angelo excogitari potest, quam non amare Deum. Sic enim amare Deum, in terris est cœlum; sic non amare, est Tartarus.

III. Ut tuis momentis ponderes Dei in nos amorem, trutina illa verba Christi. (a) Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnia quidam in illum, non pereat. Sic Deus dilexit, Sic, tam fortiter, tam effusè, tam ardenter, tanta aestimatione, tam illum fecit. Deus; illa infinita Majestas, nullius egens, sibi sufficientissima, qui verbo creavit omnia, cui tot Myriades famulantur Angelorum: Mundum, humatum genus, infimum naturæ rationalis terminum, brutis animalibus affine, terrenis addictum, cœstium inane, immundum, ingratum, inimicum, rebellum, in quo nihil dignum amore, plurima digna odio, & suppicio. Filium suum Unigenitum, naturalem, consubstantialem, ejusdem Majestatis, Potestatis, Sapientiae, excellentiae, quem infinito dilexit amore, cui totam suam substantiam, una cum omnibus suis perfectionibus ab æterno communicavit. Daret: in Rectorem, in Magistrum, in exemplum vitæ, in resurrectionem, in premium, in satisfactionem pro peccatis, in thesaurum perpetuum, in juge sacrificium, in Sacerdotem æternum, in panem vitæ sempiternæ, in alimentum immortalitatis, in pignus futuræ gloriæ, in Regem, Judicem, & Remuneratorem, in gloriam, in trium-

[a] Joan. 4. 9.

phum

phum cœlestis gloriæ, Daret : ad unionem nostræ na-
turæ, ad nuditatem, paupertatem, ad labores, & incom-
moda hujus vitæ, ad contumelias, & persecutions,
ad alapas, & sputa, ad flagella, & spinas, ad omne ge-
nus probrorum, & dolorum, ad crucem, denique ad
mortem. Ut omnis qui credit, &c. Totum id fecit, ut
nos ab exitio sempiterno, cui addicti eramus, eripe-
ret, & externâ vitâ donaret: nec à nobis requirit aliud;
quām ut credamus in Filium, eique serviamus, & di-
ligamus. Qui sic, & tantum te dilexit, necdum ingra-
tia vel tantillum diligis? Imò Domino cœli præfers
pauxillum terræ? Verè

*Urit amor cæcus, non est amor arbiter æquus,
Nam deformè pecue, judicat esse decus.*

28. DIES OCTOB.

Amor non amatur. Jacobonus in vita.

Maximus amantis
est dolor, tam rarus
in terris Dei amor.

I. **N**on amari summum Bo-
num, ad amaras lachry-
mas compulit Jacobo-
num. Fuit is ex Seraphicâ Divi Francisci Familiâ,
Vir præcellens sanctuonia. Qui cùm videret tan-
tam esse amantium Deum, qui est Charitas, ca-
ritatem, ut erat ipsi Deus charissimus, incedebat
mæsto, & in solum dejecto vultu, non sine copio-
so fletu, ac oris planctu, & cordis luctu. Alii per
compita ei obvii, cùm viderent genas tam uberibus
perfusas lachrymis, toties gementem, singultientem,
ac præmæroris magnitudine, tantum non exani-
mem, ab eo studiosè quærunt: ecquid ita ploret,
quid deploret, cur tam copiosæ in oculis lachrymæ,

Hhh 5

cur